

videtur persuadere solum intelligi de rap-  
tura aliena: sponsa de presenti, & id mihi  
placet. Durum enim est, in re pœnali, & o-  
diosa, nomine sponsa comprehendere eam  
quæ per sola verba de futuro desponsata  
est. Habebit autem locum hoc impedimē-  
tum, siue sponsa illa sit virgo, siue corrup-  
ta. Quod bene docet Palacios, & Veracru-  
zum. præcedenti allegati. Cum ius non dis-  
tinguat. Idem dicendum est, siue matrimo-  
nium sit consummatum, siue tantum ratū,  
cū in vtroq; casu iniuria irrogetur ma-  
trimonio.

46 Desideratur insuper ad hoc impedimen-  
tum incurrendum, vt raptus ille fiat, tradu-  
ctā sponsa de loco ad locum: prout, num.  
20. & 21. explicui. Quod (vt ibi probavi,) raptus sine ea translatione, pœnis iuris mi-  
nimè subiaccat. Existimo quoq; desidera-  
ri copulam esse subsecutam. Quod alio mo-  
do non sit delictum plene consummatum,  
& iniuria plene matrimonio irrogata. Et  
quanuis nu. 18. ad pœnas iuris ciuilibus rap-  
toribus decretas incurrendas, distinxerim,  
an copula habitā non sit ex voluntatis mu-  
tatione, an ex imperiōritate; ad impedimē-  
tum hoc matrimonij ea non seruita distin-  
ctione, existimo copulam omnino deside-  
rari; quia mitius procedit ius canonicum:  
& in materia fauorabilē valde, qualis est ma-  
trimoniū, impedimenta eius valde restrin-  
genda sunt.

47 Præterea, si raptus sit vtroq; sponso con-  
sentiente, non existimo locum esse huic  
impedimento. Quia iniuria perfecta ma-  
trimonij puniunt: qualis non est, vbi vter-  
que sponsum consentit: nec ille verè est  
raptus. Cum nulli vis inferatur: quanuis sit  
verum adulterium, propter bonum fidei  
matrimonij violatum, cui neuter coniux  
renunciare potest. Similiter non erit locus,  
si solus vir consentiat, vxore renitente, quod  
cesset similiter perfecta matrimonij iniu-  
ria. Si verò sola femina consentiat, erit lo-

cus huic impedimento, quia irrogatur in-  
iuria sponso, ac matrimonio: immo ipsa quo-  
que ligabitur eodem impedimento, ne solu-  
to eo matrimonio possit alij nubere, vt  
diximus. n. 44. Contradictio autē parentū,  
aut cōsensu ipsorū raptui, ad hoc nil con-  
fert. Cū in hoc impedimento sola matrimo-  
nij iniuria spectetur. Si autē rapiat femina  
alienum sponsum, non afficietur hoc impe-  
dimento. Quod solus raptus sponsæ aliē  
hac pœna puniatur. d. c. statutum. Nec pœ-  
na ea ad sponsum rapticē extendenda sit iux-  
ta tradita. nu. 25.

48 Deinde, si ignorante sponso raptus spon-  
sæ consentientis fiat, vel renitētis, aut viro  
dolis circumuento, non erit locus huic impe-  
dimento. Quia raptus hic attenditur res-  
pectu violentiæ illatæ viro (vt dixi. n. præce-  
denti) at nō est propriè raptus respectu ip-  
sius, quādo solū est ignorans, aut dolis cir-  
cūuentur, vt diximus. n. 33. & dicemus in  
simili, disp. seq. n. 12. & sequen. Quod si di-  
cas perturbari etiā matrimoniu. Quæ est ra-  
tio huius impedimēti (vt dixi. n. 43.) fateor  
id. At non quæcūq; perturbatio matrimoni-  
nij præstat hoc impedimētū, quāuis esset  
per adulteriū extortū absq; translatione:  
sed perturbatio per raptū, nō est autē prop-  
riè talis in hoc euentu. Quod si importun-  
nis precibus viri cōsensu extorqueatur:  
si ea tales sint vt violentiæ æquiparentur:  
erit locus huic pœnæ. Cū sit propriè rap-  
tus: secus non, vt constat ex dictis. n. 10. &  
32. & ex dicendis disp. sequenti. n. 10.

49 Tandem, si sponsa aliena causā incundi  
matrimonij cum ipsa, extrahatur, existimo  
locum esse huic pœnæ. Quia est verè rap-  
tus perturbans matrimoniu, immo magis  
quā si solus libidinis explende causā: ibiq;  
inuenitur causā libidinis, cū ea tam effre-  
nata fuerit, vt raptorem traxerit ad valen-  
dum inire matrimoniu inualidum cum  
coniugata, ad fruendum eius concubitu, &  
hac de causā rapiendam illam.

### DISPUTATIO DECIMATERTIA.

Quando attento Decreto Tridentini, raptus dirimat matrimonium:  
obnoxiusq; sit excommunicationi, & pœnis in eo decreto contentis?

#### SUMMARYM.

Quando raptor cū fautoribus sit excommu-  
nicatione, & ceteris pœnis Tridentini  
ligatus: & an ea excommunicatio sit reserua-

ta: siq; irregularis: & ea pœna sit iudicis  
desiderent. Ac eas incurrat Patochus as-  
sensus matrimonio inter raptorē, & raptā non  
dum ad pristinam libertatem restituta: nu. 1.

An raptus sit impedimentum dirimens attentio  
eo decreto obno. 2. An pœnis Tridentini locus sit, quando raptus  
non sit causa incundi matrimonij cum raptā?  
Refertur quædam sententia, nu. 3. Propositur sententia Auctoris, nu. 4.  
An raptus causa solius libidinis factus qui est  
luxuria species, puniatur in eo decreto? num-  
mer. 5.

Quid de raptu facto vt raptā cū alio inear ma-  
trimonium? nu. 6.

An raptus sine translatione de loco ad locum cō-  
prehendatur? nu. 7.

An desilere tur subsequi copulam? nu. 8.

Quid, si familia volens abducta sit, & post reni-  
tatur? nu. 9. & ibi, quid, e contra?

Quid, si raptā non perducta sit ad locum desi-  
natum? nu. 10.

Quid, si importunis precibus, aut pretio aldu-  
ta sit? nu. 11.

Quid, si dolus? nu. 12.

Quid, si iniuris, aut ignorantibus parentibus  
virgo volens rapta sit? vel ipsa nolens volenti-  
bus parentibus? nu. 13.

Quid, si raptus sit meretricis, aut coniugate,  
aut cuiusvis status, vel habentis quocūq;  
impedimentum dirimens matrimonium cum  
raptore? nu. 14. & ibi, an desideretur matri-  
monium subsequi, ad eas pœnas?

Quid, si rapiatur sponsa propria per verba de fu-  
turo? nu. 15.

Quid, si femina rapiat virum? nu. 16.

An irrita sint sponsalia inter raptorem & rap-  
tam? nu. 17.

Soluuntur argumenta, nu. 18.

**R**emittendum est Tridentinum  
(c. 24. de mati. c. 6. aliquot pœ-  
nas raptoribus statuisse: nimirū,  
vt matrimonium inter raptorē,  
& raptam consistere nequeat, quādiu rap-  
ta in potestate raptoris manserit: secus si  
extra illius sit iam potestatem, ac in loco tu-  
ro, & libero constituta. Deinde, vt raptor-  
res, ac consilium, auxilium, aut fauorē præ-  
bentes sint ipso iure excommunicati, per-  
petuò infames: ac omnium dignitatum in-  
capaces, & si clericus fuerint, de proprio gra-  
du decident. Tandem, vt raptor teneatur  
raptam decenter arbitrio iudicis dotare, si-  
ue eam duxerit, siue non. Quæ excommu-  
nicatio est latæ sententiæ: ac proinde nul-  
lum iudicis actum desiderat. Quod constat,  
quia dicitur ibi: *sunt ipso iure excommunicati*.  
At particula, ipso iure, denotat sententiam  
latam, vt testatur multis citatis Tiraquel.

li vnquam verb. reuertatur, num. 20. C. de  
renoc. donat. Et ita esse excommunicatio-  
nem latam, fateatur Veracruzum appendice ad  
speculum, vbi de raptu, fol. 33. §. relicta er-  
go: & fol. 31. §. hic considerandum. Cui nemo  
contradicat. Immo esse excommunicatio-  
nem Pontifici reseruatam, ait Manuel. 1.  
tomo summa, 2. editione. c. 213. nu. 7. Verū  
id omnino negandum est. Quod Tridenti-  
nū in eo decreto minimè reseruetur: ac subin-  
de locum habeat regula tradita. cap. nuper  
vers. in secundo casu, de sent. excom. nemp-  
pe, vt reseruata non sit. De matrimonio an  
sit ipso iure irritum, dicemus nu. sequenti.  
Teneri raptorem ad raptam dotandam, ma-  
nifestè est pœnæ iudicis sententiam postu-  
lans. Quod clarè constat, eò quod Triden-  
tinum addidit teneri arbitrio iudicis dota-  
re decenter. Atq; ita fateatur Veracruzum ap-  
pendice ad speculum, vbi de raptu, ad finē,  
fol. 84. & Enriquez lib. 12. de mari. c. 14.  
nu. 5. vbi addit arbitrium hoc iudicis fore  
attēta qualitate raptoris, & raptæ. Quia cū  
sit pœna iniuriæ illatæ, & illa sit maior, aut  
minor attēta virtutis; personæ conditio-  
ne, merito ea spectanda est ad id arbitrium.  
Dixi hoc esse penam, & exigi iudicis sen-  
tentiam: quatenus imponitur per id decre-  
tum, & dos arbitrio iudicis taxanda venit.  
Nam si ex raptu pullulare raptæ damni-  
ficatio fore conscientis nulla iudicis expec-  
tata sententia, instar aliorum damnorum  
quæ iniuste inferuntur, resarciendum esse,  
dubitat nemo, & fateatur Enriquez ibidem.  
Perpetua quoq; infamia sententiam iudicis  
postulat, vt in simili casu ait Natur. stā-  
tū allegandus. Et idem dicendum est de ea  
pœna decidendi à proprio gradu. Atq; ita  
Enriquez. d. c. 14. nu. 4. explicans id decre-  
tum, ait de proprio gradu eos deiciendos  
esse, ac deponendos, manifestè significans  
non depositos esse, donec ministerium iu-  
dicis deponentis accedat. De pœna autem  
incapacitatis dignitatum posset ambigi.  
Quod sit pœna priuatiua: propter illa quæ  
allegabo lib. 10. disp. 30. nu. 1. Caterū ea  
regula de pœnis priuatiuis non est certa (vt  
dicam ibi. nu. 2.) Atq; ideo merito inhabi-  
litem indigere iudicis sententia, ob eius  
pœnæ maximam acerbitatē, docent Na-  
uar. in extranagato Gregorij. XIII. de da-  
tis pro iustitia, vel gratia, notabili. 3. n. 44.  
Molina tom. 1. de iustitia, tract. 1. disp. 96.  
§. quod ardet ad pœnam. Quod maximè  
verum est: quia ea dignitatum incapaci-  
tas sequitur infamiam, ac proinde immediatè

post infamiam posita est in eo Tridentini decreto: infamia autem minime incurritur ante iudicis sententiam. Ab hac autem infamia poena liberant aliqui raptorem, si raptam ducat. Sic Enriquez d. c. 14. nu. 4. & Manuel. 1. tom. summae. 2. editione. c. 232. n. 1. Vega. 2. tomo summae. c. 34. casu. 157. in fine. Et idem dicit Enriquez de dignitate incapacitate. Ducuntur, quod id credendum sit ex pia Tridentini mente: durum etenim esse raptam cogere, ut nubat infami. Quod in matrimonij grauamen cederet, contra fauorem, quem ipsi Tridentini concedere intendit. Praeterea, quia Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 4. n. 11. dicit. l. vnicam, C. de rapta virgin. imponere raptori poenas, non ita stricte debere ferri in sponso de futuro propriam sponfam rapientem, sed propter prauiam consensu coniugalis promissionem, temperandum esse rigorem illius legis. Sed omnino tenendum est, minime ab ijs poenis eximi, si raptam ducat. Quod id aperis verbis ibi decernat Tridentinum: vbi enim dixit posse duci raptam, si ad pristinam libertatem restituta consenserit: & tunc concessit ut eam habeat raptor in uxorem: subdit haec: *Et nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilij, auxiliij, & fauor em praebentes, sicut ipso iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces.* Vbi ponderanda est dictio, nihilominus, quae non minus: Hispane, con todo esso, significat. l. finali. ff. de integram restit. ut notat Rebuffus alios textus allegans. l. 59. §. eaque nihilominus. ff. de verb. signi. At quae ita clare decidit Tridentinum, non obstante matrimonio raptoris cum rapta, eum subdi excommunicationis, infamiae, & inhabilitatis poenis. Na hoc est compellere raptam, ut infami nubat. Nemo enim eam cogit, sed in sua potestate situm est, id matrimonium, aliudve eligere. Nec id matrimonij fauori aduersatur. Quoniam non ea poena imponitur ob contractum matrimonij, sed ob raptus delictum, solumque decernitur, non eximi raptorem ab ea poena, quauis raptam ducat. Immo maximus est matrimonij fauor: quod tanti eius Tridentinum libertatem faciat, ut illi contrauenientes, raptu admisso ad eum effectum matrimonij inuendi, (in quo solo casu loquitur, ut probabo numero. 4.) subdat grauisimam poenis, non obstanti matrimonio postmodum liberè subsecuto. Nec doctrina Couar. allata fauet contrariae sententiae, nisi in eo euetu raptus

est multo minus delictum, ac proinde operanda est poena: at in nostro iam raptus omnino admissus erat, ac integrè consummatum delictum: ac proinde raptor eas incurrerat poenas. Futuris autem euentibus non eximit à poenis si incurfus, nisi ex ipso iure colligatur: quod tantum abest, vt ex eo decreto colligatur, quin potius expressè contrarium decernat. Insuper maius libri 5. de regul. cap. 42. sine, ait, laicum, siue clericum raptorem, & ei auxiliantes, esse irregulares. Idque probat per hoc Tridentini decretum, statuens eos esse infames, & à proprio gradu decidere. Sed melius Nauar. lib. 5. consil. in 2. editione, tit. de raptoribus, consil. 3. n. 4. dicit, Tridentinum ibi non definisse raptorem esse irregularem, sed infamem: infamiam autem esse causam irregularitatis. Quare existimo non esse illam irregularem, donec infamiam incurrat, à priorique gradu desiciatur. Quod esse sententiam iudicis desideret, non erit irregularis ipse, nec consulentes, ante iudicis sententiam. Tandem, idem Maiolus lib. 5. de irregular. c. 25. n. 17. vers. rapientem, ait Paroichum assistentem matrimonio raptoris extra raptam, nondum ad pristinam libertatem extra raptoris potestate restituta, incurere poenas huius decreti Tridentini: cum fauor raptoris sit: ac poenas. c. finali. de clandest. despons. nimirum suspensionem triennij. Sed de hac suspensione nihil in praesenti agendum est, late enim de illa egi lib. 3. nota disp. 48. At poenis huius decreti eum minime subdi existimo. Quod tantum imponantur aduersus fautores raptus: at Paroichus assilens postea matrimonio, non fauet raptui, vt pote qui iam omnino admittitur. At vtique incurreret, si ante raptum promitteret illi eam assilentiam, qua animosior factus est raptor ad raptum exequendum. Tunc enim raptus verè fauor esset. Matrimonium autem contractum inter raptorem & raptam, dum sub raptoris potestate existit, nec separata est, ac in locuto, & libero constituta, et proflus irritum, quare raptus pro eo tempore est impedimentum dirimens. Constat ex eo decreto Tridentini. cap. 6. vbi nullum posse consistere matrimonium inter raptorem, & raptam, pro eo tempore decernit. Quae verba clare significant, id matrimonium nullum valorem habere: vt constat ex capitulo vnico, de cognat. legali, vbi similiter inter adoptantem, & adoptatam non posse consistere matrimonium, durante adoptione

decernitur: & tamen omnes id esse impedimentum dirimens fateatur (vt in impedimento cognationis legalis videbimus.) Atque ita hoc esse impedimentum dirimens, ac matrimonium tunc inuitum esse nullum, docet Nauar. summa latina. c. 22. nu. 74. & lib. 4. consil. in. r. edition. tit. de sponsalibus, c. 32. nu. vnic. in 2. verò, lib. 5. tit. de raptoribus, consil. 2. nu. vno. Veracuz. 1. p. speculij, ar. 25. fin. & appendice ad speculum, vbi de raptu, fol. 80. sine. Ouand. 4. d. 42. disp. vnica, propositione. 12. Toledo lib. 7. summae. c. 13. nu. 2. Enriquez lib. 12. de matric. c. 14. nu. 4. Gratus consil. 38. vol. 2. Azbeddo lib. 8. recopil. tit. 13. l. 2. nu. 74. & sequenti. Emmanuel Sa summa verb. matrimonij, in principio nu. 9. Petrus de Ledesma de matric. q. 50. ar. vnic. dubio. 1. Vitaldus can. delabro sacram. 1. p. de matrim. nu. 103. Peguera decif. criminal. c. 42. nu. 5. Manuel. 1. tom. summae. 2. editione. c. 232. nu. 3. Vega. 2. tom. summae. c. 5. casu. 3. Addit bene Enriquez id esse verum, licet rapta adhuc sub raptoris potestate constituta, re vera liberè consentiat: Quod Tridentinum non eam solam libertatem petat ad huius matrimonij valorem, sed vt plenè rapta libera sit à raptoris potestate. Potissima autè difficultas est, qualis raptus obnoxius sit praedictis Tridentini poenis, & vt non valeat matrimonium, nisi ita rapta extra raptoris potestate constituta? Aliqui affirmat id de omni raptu, siue causa in eodem matrimonij, siue causa solius libidinis explenda factus sit. Ducuntur primum quod Tridentinum innouare voluerit poenas per antiquos canones raptoribus decretas, quae raptorem causa libidinis comprehendi debant. Secundum, quod textus generalior rubrica, non debeat per illa restringi, vt est glossa notabilis athen. de incestis, & nefarijs nupt. verbi. illicitas, collatio. 3. vbi licet rubrica solum sit de nuptijs incestis, & nefarijs, quia tamen textus generaliter loquitur de nuptijs illicitis, comprehendit omnes nuptias illicitas, etiam si non sint incestae, vel nefariae: & ex multis probat Euerardus in suis Topicis, loco à rubro. n. 11. Cum ergo hoc decretum loquatur generaliter de raptore, ibi: *Decernit sancta Synodus inter raptorem, & raptam:* & postea in toto illo capite nunquam restringat, necessario dicendum erit, de omni raptore intelligi, nec restringi debet ad raptorem, causa solius matrimonij in eundem, quod sub rubrica de reformatione matrimonij constituitur. Et co-

firmatur, quia quauis raptus non fiat causa matrimonij, non dissonat id decretum rubrica: Satis enim ad reformationem matrimonij spectat, & raptam sub sua potestate manentem, non possit consistere matrimonium. Quod matrimonij libertati maxime omnes canones consularat: eavus potest esse plena, aut saltem talis non praesumitur, donec rapta ad pristinam libertatem redeat. Atque iterum confirmatur, quod finis Concilij sit libertati matrimonij consulere. At quae cumque intentione rapiatur femina, dum testatur raptoris subest, non minus impeditur plena libertas, cum metus & vis non plenè cessant. Tandem, quia Tridentinum ibi punit raptorem, & fautores, si clerici fuerint, ea poena vt à proprio gradu decedant: ac proinde supponit raptorem aliquando fore clericum. Qui tamen non potest rapere causa in eundem matrimonij. Cui illud contrahere possibile non sit. Huius sententiae videtur clare Veracuz appendice ad speculum, vbi de raptu, fol. 81. §. hic considerandum, vbi dicit inrelligi id decretum de omni raptore. Et tenent expressè Emmanuel Sa summa verb. matrimonium, in principio nu. 9. dicens sic declarasse congregationem Cardinalium. Vt de poenis delictorum. c. 29. §. sed ego indistincte. Et est satis probabile. Verum mihi probabilis est, in eo decreto solos femininarum raptores causa contrahendi cum eis matrimonium comprehendit. Quod ex principio illius. c. 6. id colligatur, nam statim incipit verba facere de matrimonio contrahendo inter raptorem, & raptam: ac proinde iudicium est de illo solo raptu agere, qui causa matrimonij admittitur. Deinde quod id decretum sub rubrica de reformatione matrimonij ponitur, quam esto coherat, vt rapta plenam libertatem adeptae sit, vt raptori nubat: at imponere raptoribus, non causa matrimonij, sed libidinis explenda, tunc cerbas poenas, est proflus extra rem: cum raptor ille nullatenus matrimonium, nec eius libertatem offenderit. Et confirmatur, quia quando causa matrimonij raptus est admissus, delictum fuit contra matrimonij libertatem, & ab initio in eo inderit coactio: ac proinde vt plenior sit libertas, petit id decretum prius raptam in pristinam libertatem, ac in locum à raptore separatam restitui: ac raptorem tanquam iniquam libertatis matrimonij violatorem, cui libertati to-

tis viribus Tridentinum, ac canones antiqui consulere intendunt, punit penis acerbis in eo decreto contentis. Tadem, quod vbi textus est dubius, rubrica probat qualiter sit intelligendus, vt multis citatis probat Euerardus in suis Topicis, loco à rubro nu. 6. textus enim in dubio intelligendus est, vt conueniat rubricæ sub qua constituitur. Quod optimè probat doctrina Alex. l. 1. nu. 2. ff. solu. matrim. & lasonis. l. de die, in principio nu. 5. vers. istud membrum. ff. qui satisdare cogantur, vbi. l. non puto, 10. ff. de iure fidei. generaliter tradentem in dubijs quaestionibus sequeantur contra fidei ferendam esse, temperant, vt intelligenda sit, quando fideus agit ex causa lucratiua, or ta ex delicto, vel incapacitate hæredis indigni. Idque probat lason ex rubricæ, sub qua lex illa constituta est, natura. Et Rosella verb. irregularitas, 2. statim in principio. Directorium lib. 3. tit. 8. Angelus verb. irregularitas nu. 38. Enriquez lib. 2. de baptismo. c. 29. nu. 1. sine, & lib. 14. de irregul. c. 6. nu. 1. limitant. c. 1. de clerico non ordinat. generaliter decidens, non ordinatū exercentem actum ordinis, esse irregularem, vt intelligitur, quando exercens est clericus: & reddit rationem Enriquez, quod eol locetur sub rubricæ, de clerico non ordinato ministrante. Nec alia potest reddi ratio. Adde hunc textum concilij esse restringendum, quod corrigat. c. finale, de raptor. permittens matrimonium inter raptorem, & raptam. Et ideo huius sententiæ sunt Salzedo in practica Bernardi Diaz. c. 78. fin. Manuel. 1. tom. summa. 2. editione. c. 213. nu. 7. Vega. 2. tom. summa. c. 34. casu. 157. notab. 1.

7 Hinc primò inferitur, non puniri in hoc decreto raptum qui est species luxuriæ. Is enim est, quando causa libidinis explendæ sit (vt diximus disp. præcedenti. n. 38.) nisi fieret simul causa libidinis, ac matrimonij in eundem. Tūc enim ea sola ratione quod causa matrimonij fieret, cōprehenderetur sub hoc decreto.

8 Secundo inferitur, si quis proprio motu, nimirū, nō perente quō matrimonij inituruus est, fœminam rapiat, non vt secum, sed vt cum alio matrimonium contrahat, eum raptorem non subdi penis huius decreti Tridentini, ac valere matrimonium eū illo tertio initum, si fœmina vera liberè cōsentiat, quanuis nondum extra raptoris potestatem sit. Cōstat, quia prima pena illius decreti est, vt inter raptorem & raptam nō

possit consistere matrimonij, quādiu raptus sub raptoris potestate fuerit: ac proinde supponit raptum eō definitum esse, vt raptor raptam ducat, nō ergo locus erit penis quando gratia inuendi matrimonij cū alio. Si autem ad instantiam inituri matrimonij raptus tunc matrimonium cū illo erit inualidum, nisi prius in loco tuto fœmina constituitur, & incurret ille qui in statuit vt raptus efficeretur, cæteras penas, tanquam verus raptor per interpolatā personam, ad effectū matrimonij. Is verò qui raptum exercuit, tanquam auxilium raptui ferens ad finem inuendi matrimonij, incurret excommunicationem, & cæteras auxiliantium penas, ac cum ipso validè potest fœmina contrahere, prius quā in loco tuto reponatur. Quod auxilium ferentes nō plectantur in illo decreto ea pena, vt matrimonium cum ipsis consistere nequeat, donec fœmina sit ad locum tutū restituta.

9 Tertio inferitur, vt raptus comprehendatur in hoc decreto, desiderari traducionē de loco ad locum. Quod potest generaliter probari, quia raptus subiaccens penis id postulat (vt dixi disp. præcedenti, nu. 26. & 46.) At specialiter probatur ex ipso meto Tridentini decreto, eo. c. 6. lib. 6. *Quantum in sa in potestate raptoris manserit, & statim, quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta, quæ omnia verba expressè significant raptam esse fœminam de vno loco in alium, in quo est sub potestate raptoris constituta. Atq; ita docent Nauar. lib. 5. conf. in vtraq; editione tit. de raptoribus, conf. 1. n. vnic. Manuel. 1. tom. summa. 2. editione. c. 232. nu. 3. Emmanuel Sa summa verb. matrimonium, in principio. n. 9. Vega. 2. tom. summa. c. 34. casu. 157. notab. 2.*

10 Quarto inferitur, nil referre, siue sequatur copula, siue non sequatur, ad penas huius decreti incurrendas. Quod non puniatur raptus causa libidinis, qui copula non secuta minimè rationem delicti perfectam obtinet: sed causa inuendi matrimonij, ad quem copula nil conferat.

11 Quinto inferitur, non esse locum his penis, si fœmina volens abducta sit, quanuis abductione secuta voluntatē mutet prioris facti penitentia ducta: secus si principio abductioni renitatur, quanuis post abductionem factam, velit. Constat ex dictis disputatione præcedenti nu. 7. vbi probauimus initium in his spectandum esse.

12 Sexto inferitur, esse locum his penis,

quanuis

quanuis rapta causa matrimonij nō sit perducta ad locum destinatum: sed in ipso itinere raptor resipiscat. Quod delictum hoc raptus in ipsa abductione consummatur, & tunc perfectè irrogetur matrimonij libertati iniuria: nec concilium spectet vt raptor in aliquo loco iam raptam constituerit, vel eam duxerit, sed tantum vt raperit causa matrimonij, illamq; sub suam potestatem reposuerit. Adde dicta disput. præcedenti numer. 21. sine, vbi cum Baldo probauit, raptum admitti, quando de loco abducitur fœmina, quanuis ad locum destinatum non peruenit.

13 Septimo inferitur, si solis importunis precibus, aut pretio conductæ fœminæ extrahatur, non esse locum his penis. Quod nō sit verè raptus (vt probauit disp. præcedenti. n. 10. & sequenti, & n. 32.) Sic Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum tit. 12. n. 120. Veracruz appendice ad speculum, vbi de rapto, fol. 82. consequenter etiam. Secus si tales essent eæ preces vt violentiæ equiparentur, vt dixi eisdem locis.

14 Octauo inferitur, si dolis circumuenta virgo extrahatur, non esse locum his penis. Quod nō sit propriè raptus, cū ibi nulla inueniatur violentia (vt dixi disp. præcedenti. n. 32.) Nec obstat ibi nu. 11. traditū esse hoc sufficere, vt locus sit penis. l. vnic. cap. de rapto virg. Quia ea lex id explicat. At Tridentini decretū solos raptores cōprehendit: & eū sit penale, & correctoriū, restringendum est, vt de vero, & proprio rapto intelligatur. Quod si in testes, dolū etiam opponi libertati matrimonij, sicut & violentiam: eū vtrūq; voluntariū auferat. Die nō omnē doli id efficere, sed eū solū qui versatur circa personam, aut conditionis errore: & quāuis huiusmodi sit dolus, ac proinde auferat libertatem, & valere matrimonij: at nō inferat vim, quæ ad propriam rationem raptus ipsi penis obnoxij necessaria profus est.

15 Nono inferitur, Nec esse locum his penis, si virgo consentiens, ignorantibus tamē parentibus abducatur: Quod non sit propriè raptus (vt probauit disput. præcedenti n. 46.) Atq; ita statetur Veracruz appendice speculū, vbi de rapto, fol. 81. 5. verum amaduerstone. Antonius Cucus lib. 5. institutionū maiorū tit. 12. n. 120. Enriquez lib. 12. de matr. c. 14. nu. 5. Emman. Sa summa verb. matrimonij, in principio. n. 9. At grauior est difficultas, illam in virum habere consentiens volens extrahatur: Tūc enim has penis inueniri suadet, esse verè raptū (vt dixi-

mus disp. præcedenti. n. 12. & 35.) Atq; ita incurri affirmat Nau. lib. 4. col. in priorē edition. tit. de spōsalibus, conf. 32. n. vnic. in posteriori, lib. 5. tit. de raptoribus, conf. 2. n. vnic. Quand. 4. d. 42. disp. vnic. propositio. 12. Salzedo practica Bernardi Diaz. c. 78. 5. vlt. in hac postrema editio. Enriquez lib. 12. de matr. c. 14. n. 4. Emman. Sa summa verb. matrimonij in principio. n. 9. Vega. 2. tom. summa. c. 34. casu. 157. notabili. 1. Manu. 1. tomo summa. 2. edition. c. 232. n. 1. Et videtur clarè sentire Toledo lib. 7. summa. c. 13. n. 2. fin. vbi explicās hoc Tridentini decretū, ait esse illi locū, cū fœmina è domo parentum, vel eorū quorum curæ subest, ipsi inuicis abducitur. Verū in contraria sum sententia. Quod hoc decretum libertati matrimonij fauere intendat: caueat; ne fœmina retinens cogatur illud inire. At ad eam libertatē nil confert parentū voluntas, sed sola fœminæ, quæ in hoc euentu reperitur abductioni coniūctæ. Nec iuuat, si dicas voluntatem parentū desiderari ad honestatē matrimonij. Nā Tridentinū in eo decreto, non honestatē, sed solā eius libertatem spectat. Quod vel inde clarè constat, quod ad valere matrimonij inter eundem raptore, ac violentè raptā, solū petat, raptam ad pristinam libertatē restitui, ac in loco tuto reponi. Si autē virgo, nolens abducatur parentibus violentibus, erit vtrūq; locus huius penis. Quod sola voluntas fœminæ, eiusve contraditio in eo decreto attendatur.

16 Decimo inferitur, comprehendī in eo decreto raptum cuiuscūq; fœminæ, siue virginis, siue corruptæ, siue meretricis, & inhonestæ, coniugatæ, & cuiusvis status. Quod bene docuit Veracruz appendice ad speculū, vbi de rapto, fol. 81. 5. hęc cōsiderandū. Et ratio est, quod Tridentinū ibi nō puniat quemcūq; raptū, sed qui causa inuendi matrimonij eū violentè rapta, sit, ac pioinde libertatē matrimonij offendit: quā nō minus impeditur, & offenditur, quādo mulier inhonestæ rapitur: & ea ratio procedit in rapto fœminæ cuiuscūq; status. Dices non habere locum, quando fœmina est coniugata, vel est aliud impedimentū dirimens inter eos, siue sit ex parte raptoris, siue ex parte raptæ: id colligens ex ipsi verbis Tridentini in eodem decreto positis. Quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta, illam in virum habere consentiens, eam raptor in uxorem habeat. Vbi clarè Tridentinū supponit raptore & raptam

G

tales

tales esse, inter quos possit verum matrimonium consistere. Præterea, quia raptus inter hos non potest habere plenam delicti consummationem. Cum inire matrimonium nequeat. Sed nihilominus in hoc eventu est locus illi pœnis, si causa inveniendi matrimonij, de facto, licet non de iure, fœmina illa rapiatur. Quia Tridentinum nõ petit iniri inter eos matrimonium, nec id spectat, sed siue ineat, siue non, suis pœnis illos afficit. Quod constat ex illis verbis, quæ post proximè relata adiungit. *Et nihilominus raptor ipse, & omnes illi consilii, auxiliu, & fauor præbentes, sint ipso iure excommunicati.* Quali dicat, nõ minus incurrat pœnas raptor raptrã ducens, quã si non ducat. Ac proinde delictu hic punitu ipsa violèta abductione ad inveniendũ matrimonium consummatur. Nec spectat Tridentinũ, sint habiles nec ne ad illud contrahendũ. Si quidẽ illud cõtrahi, aut non cõtrahi, non confert ad pœnas. Nec supponit semper fore illos habiles ad matrimonium: sed quãdo illud iniri permittit, id est ex parte impedimẽti raptus, quod non impedit, ait, si velit fœmina loco tuto, ac plena libertati reddita. Secus si ex alia parte impedimentũ adit. Id enim Tridentinũ minimè aufert. Et hoc est verũ, quanuis, Man. 1. tom. summæ. 2. edit. c. 23. nu. 1. videatur oppositũ sentire: explicãt enim hoc decretũ, ait, si quis nõ rapiat sponfam alienam, sed viduam, vel solutã: statueret Tridentinum, vt raptor incurrat pœnas.

Vndecimò deducitur, non cõprehendi hoc decreto raptũ propriã sponfã de futuro reclamantibus parẽtib. Quia iure cõmuni raptus hic à pœnis liberatur. c. penul. de raptor. & dixi disput. præcedenti, nu. 15. Quod Tridentinũ minimè corrigat, vt patet ex contextu. Atq; ita sentiũt Enriquez lib. 12. de matrim. c. 14. nu. 4. & 5. Emmanuel Sa summa verb. matrimonij, in principio, nu. 9. Manuel. 1. tom. summæ. 2. editio. ne. c. 23. nu. 4. Addit Enriquez. eo. nu. 5. id esse verum, siue volens, siue nolens sponfa abducatur. Sed id minimè credo. Quod raptus. d. c. penultimò expressis verbis loquatur, quando fœmina volens abducitur, inuitis tamen parentibus (vt notauit disput. præcedenti, nu. 15.) Et tunc etiam libertas matrimonij offendatur. Non enim violentè cogi potest sponsalium fidem seruare. Sed dices, nil concedi sponfã raptui. Cũ etiam quando quavis alia fœmina consentiens abducitur, nõ sit locus illis pœnis (vt diximus. n. 13.) Id vtiq; fateor in mea opi-

nione. At cũ alij (vt ibi retuli) sentiant sufficere ad hæc pœnas, & contradicere parentes: iuxta illorum etiam opinionem, falleret vbi sponfa de futuro rapta est: propter decisionem. d. c. penultimò, si raptui consentient, quantumuis parentes renitentur.

Duodecimò deducitur non esse locum his pœnis, & prædicto Tridentini decreto, si fœmina virum rapiat nolentem, vt secum ineat matrimonium. Quod id decretũ de solo viro raptore verba faciat. Quod denotant ea verba illius decreti, *Quandiu ipsa in potestate raptoris manserit.* Et latim, quod si raptor. Et postea pœnas decernens, ait. *Et nihilominus ipse raptor.* Et proinde id decretum correctorium, & pœnale ad fœminam viri raptricem extendendum non est (vt latet probauit disput. præcedenti, nu. 25.) Et in proprijs terminis docet Veracruz appendice ad speculum, vbi de raptu, fol. 84. §. responderetur quod. Vnde vt matrimonium inter raptricem & raptum valeat, non est opus seruari formam prædicti decreti, nimirum, vt vir raptus sit à potestate raptricis liber: sed sufficit vt liber cõsentiat, sub illius potestate adhuc existens. Prout iure communi antiquo attentò, id sufficere, diximus disput. præcedenti, num. 42. At recentia opinione probabili, quam disput. præcedenti, num. 24. retuli, nempe, pœnis decretis in virum fœminã raptorem, subdi fœminam viri raptricem: dicendum esse idem in hoc decreto Tridentini. Idque fecerunt Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 14. num. 4. Manuel. 1. tomo summæ; 2. editione. cap. 32. num. 4. Vega. 2. tomo summæ. cap. 34. casu. 157. notabili. 5. At prior opinio placet.

Tandẽ dubitatur, an sicut prædictũ Tridentini decretũ irritat matrimonium inter raptorẽ, & raptam, quãdiu in eius potestate manserit: ita irritet quoque sponsalia tunc inita? Pars enim negans suaderi videtur: quod id decretum sit pœnale, iusq; cõmune corrigens, ac subinde loquẽs de solo matrimonio, non videatur ad sponsalia extendendũ regula, quæ à iure, de regulis iuris, in. 6. Deinde, quia si quis officium. 38. ff. de riptu nuptiarũ, interdicitur rectori prouincia matrimonium: nec id ad sponsalia extenditur. Et in Trident. s. 14. de matrim. c. 1. irritatur matrimonium clandestinum, cùm tamen adhuc valeant sponsalia clandestina, vt dixi lib. 1. disput. 10. num. 2. Sed dicendum est sponsalia quoque non valere. Quod bene docent Nauar. lib. 4. consilii.

in

in priori editione, tit. de confanguinitate, cons. 3. numer. 6. & sequentibus: in posteriori, lib. 5. tit. de raptoribus, cons. vltimo nu. 5. Manuel. 1. tomo summæ. 2. editione, cap. 23. 2. nu. 3. Vega. 2. tomo summæ. c. 34. casu. 157. notabili. 5. Quia lex etiam correctoria, & pœnalis extendi debet, vbi omnino eadem ratio militat (vt ibi ex alijs probat Nauar.) quod hic reperitur. Quia Tridentinum irritauit pro eo tempore matrimonium, consulens plenã libertati ad id requisitã: quæ non omnino plena est, dum rapta manet in raptoris potestate. Quæ ratio in sponsalibus militat, ad quæ iura quoque plenam libertatem postulant. Nec obstant in contrarium adducta, quia nõ militat eadem ratio in sponsalibus, & matrimonio, vt dixi eodem lib. 1. disp. 10. nu. 2.

Ad argumenta nu. 3. proposita respondetur. Ad primum dic, id non intendere Tridentinũ, sed solũ pœnas imponere offendentibus libertatẽ matrimonij per raptũ. Ad secundũ dic, eam doctrinam intelligẽ-

dã esse, vbi est aliquod verbũ expressum in textu, ex quo colligatur illũ esse generaliorẽ rubrica, vt cõtingit in illo authenticò, ibi enim dicitur: *Si quis illicitas, & cõtrarias nuptias nuptias.* Quare ne particula illa, illicitas, superflua sit, ac vt dictio, & cõiungat diuersa (vt facere solet) oportuit intelligere non solũ de incestis contra naturã nuptijs, de quibus est rubrica, sed de omnibus illicitis. At in Tridentini decreto non inuenitur verbum cogens id vltra rubricam extendere. Adde etiã eam glossã doctrinam nõ esse certam: ipsa enim ibi refert Doctorem antiquum limitantem eum textum ad solas nuptias in rubrica comprehensas. Ad duplicem confirmationem constat ex nu. 4. dictis. Ad vltimũ dic, fautores quos ea pœna comprehendit, posse esse in facris constitutos: & raptorem in minoribus, atq; ita verificari esse clericũ. Adde, posse esse in facris, & rapere causa in eundẽ matrimonij de facto, licet non de iure: & subesse tunc illis pœnis iuxta dictã nu. 14.

## DISPUTATIO DECIMAQUARTA.

An stuprum absq; raptu cõtingere possit, ita vt sit tũc diuersa luxuriæ species necessariò fatenda: vt siue inuitis, siue volentibus parentibus virgo sui corporis copiam faciat.

## SUMMARIUM.

**I**n quo consistat signaculum virginalẽ, an sit aliquo telatũ. 1.  
Quid desideretur vt circumstantia aliqua addat nouam luxuriæ speciem. 2.  
Referretur duplex sententia, nu. 3. & 4.  
Propositur sententia Authoris, nu. 5.  
An circumstantia virginicitatis esto non mutet speciem, tanquam notabiliter aggravans sit necessariò fatenda. 6.  
In quo consistat ratio, & deformitas stupri, & differat à raptu. 7.  
An sit stuprum, & diuersa luxuriæ species, quãdo virgo precibus importunis victa defloratur. 8.  
Quid, si ignorans, aut dolo circumuentã, nu. 9.  
Quid, si volens, at parentibus inuitis abducatur, & defloratur, an vltra raptum, sit species stupri necessariò fatenda. 10.  
An virginem volentem deflorans teneatur parentibus restituere. 11.  
Quid, si nolentem, an teneatur puella, & parentibus. 12.

An in virgine raptã, præ timore consentienti, sit necessariò fatenda virginicitatis circumstantia. 13.  
Defenditur Sotus à credentibus illam sentire, circumstantiam virginicitatis esse fatendã in actu externo, secus in interno, & quando in vtroq; actu fatenda sit. 14.  
An qua non est virgo consistens fornicandã defiderium, teneatur explicare se non esse virginem, & confessor il rogare, esto sit circumstantia virginicitatis necessariò fatenda. 15.  
Soluantur argumenta, nu. 16.



Vastio hæc grauissima est, ac fatis difficilis. Et ideo antequam opinioniones referam, duplex fundamentum præmittendum est. Prius est, quid sit signaculum virgineum, Quam re Vesalius lib. 5. de corporis humani fabrica, pagina. 4. folio. 654. ait carnem esse membranã, quibus Hymen, & Eugion appellata, virginitatem peculiarit-

ris, ac virili coitu lacerata aboletur. Quod idem fecutus est Fragofo in sua chirurgia vniuersali, lib. 1. de anatomia capit. 19. de la madre, paulò ante finem: cum Palopio quem ibi refert. Sed idemmet Fragofo eodem lib. tractatu. 2. de las declaraciones que han de hazer los cirujanos, titulo para conocer la virginidad, statim in principio, folio. 309. pagina. 2. ait cum Realdo lib. 11. de anatomia capit. 16. vnicam inter mille fœminas eam membranam habere, & atque ita claustrum, seu signaculum virgineum non esse partem aliquam carnis, seu membranam: sed quandam quasi complicationem partium ipsius officij vasifœminæ, quæ per viri accessum dilatatur, & sic aperitur, & patet vas. Et hoc est verissimum, id attestantibus peritissimis Medicis consultis.

2. Posterius fundamentum est, vt circumstantia aliqua addat nouam luxuriæ rationem supra simplicem fornicationem: necessarium est, vt nouam malitiam, specialemque vitij deformitatem afferat: teste D. Thoma. 2. 2. quaestio. 154. artic. 6. corpore. Quod bifariam euenire potest, primò, addendo aliquam nouam speciem extra luxuriam, oppositam alij virtuti, quam castitatem, ita vt aduersus castitatem, & aliam virtutem delinquantur, vt incestus opponitur castitati, & pietati. Sacrilegium castitati, & religioni adulterium, & raptus castitati, & iustitiæ (vt explicui hoc lib. disp. 12. num. 30.) Secundò, non addendo nouam speciem ultra luxuriam, oppositam alij diuersæ virtuti à castitate, & temperantia, sed quòd prius conditionibus requisitis ab ipsa natura generica omnibus animalibus conuenientem in ipso concubitu. Quod efficiunt peccata luxuriæ contra naturam, priuant enim concubitus conditione illa à natura petita, nimirum, vt sit inter personas diuersi sexus intra vas naturale aptum ad prolis generationem, ad quam natura ipsa concubitus destinavit. In defloratione igitur virginis consentientis, ac proinde non interuenientis raptu, non potest reperiri circumstantia noua specifica aduersus castitatem, seu temperantiam, præter simplicem fornicationem. Cù ille concubitus sit modo naturali intra vas fœminæ, & generationi aptus: ac proinde minimè priuat concubitus conditione speciali requisita in illo, vltra genericum quæ in omni luxuriæ peccato inuenitur, quæ est esse extra legitimum matrimonium. Quare si nouam circumstantiam specie di-

uerfam à simplici fornicatione, in eo concubitu demus: necessariò ea petenda est ex distincta virtute, cui præter castitatem concubitus is opponatur. Et manifestum est eam nullam aliam esse posse præter iustitiam. Consistit ergo punctus difficultatis, qualiter virgine consentiente, & proinde non concurrenti raptu, inueniatur ratio iniustitiæ in eo concubitu: ac proinde noua species distincta à simplici fornicatione.

3. Triplex igitur est sententia. Prima ait, virginis consentientis deflorationem, esse distinctam luxuriæ speciem, quæ stuprum appellatur, necessarioque eam virginis circumstantiam esse explicandam in confessione. Quare hæc sententia admittit speciem stupri absq; raptu inueniri. Dicitur, quòd ibi reperitur iniustitia, non contra personam virginis, nam scienti, & volenti non fit iniuria: sed contra finem naturæ ad quem concessit virgineum claustrum, cui non potest fœmina, tanquam non domina, sed custos illius signaculi, renunciare. Probatum ergo primò hæc sententia. Natura concessit claustrum virginis fœminæ ad duplicem finem. Alter est, vt habilior feruaretur matrimonio inuendo. Alter verò, vt ipsam contineret ab actibus venereis. Nil enim ita fœminam ab his retrahit, quam timor iactura faciendæ virginis claustrum, qua facta, effrenatè libidini vacat. Consensus igitur virginis, & parentum, non eximet ab iniustitia naturæ illata, coitum cum illa. Sicut permittens abscindi sibi manum, non reddit culpæ immunem abscindentem. Quòd licet persona conueniat, renaturatur natura, quæ vsu manuum ad alium finem concessit. Et confirmatur, quia consensus in ijs quorum non sumus pro libito domini, non tollit iniuriam, vt constat in exemplo abscissionis manus supra proposito. At virgo non est domina claustrum virginis, ita vt pro sua volutatis libito possit illo vti. Et iterum confirmatur, quia consensus coniugum vt alteruter fornicetur, non eximit concubitus illum ab adulterij specie distincta à simplici fornicatione: eo quòd dominum non habent coniuges in corpore ad illud vsu, sed ad solū coniugale. Secundò principaliter probatur, quòd concubitus cum virgine, opponatur speciali virginis virtuti. Virginitas quippe specialis virtus est, teste D. Thoma. 2. 2. 152. artic. 3. corpore, & per illum concubitus amittitur.

Nequit autem vitium speciali virtuti opponi, quin ipsum habeat speciale deformitatem: vt pote quod priuat speciali illa bonitate cui opponitur. Tertio quòd raptus, & stuprum tanquam diuersæ luxuriæ species, ab omnibus constituantur. Debet ergo assignari species luxuriæ, quæ stuprum sit absque raptu: quæ esse nequit, nisi quòd virgo deflorationi consentit. Ea enim non consentiente, erit raptus. Quartò, quòd sigillatim virgineum sit ob bonum prolis: cui virgo consentiens nequit renunciare. Idque ostenditur, cum enim fœminæ sint ad libidinem procliuiores, atque ad resistendum infirmiores, ideo natura interiori maiorè verecundiam illis indidit: & exterius virgineum claustrum, quibus vt freno quodam arcerentur, à vago sui corporis vsu: qui in non modicū prolis detrimentum cedit, & eo deperdito, constituantur in via meretricandi, contra prolis bonum, & cum eius manifesta iniuria. Et confirmatur, quòd in ordine ad bonum prolis per matrimonium habendū, concessit natura hoc claustrum fœminis, quasi in dote: vt vel sic marito esset maior propriæ sobolis certitudo, magisque vxoris amore flagrare, habes suæ fidelitatis id testimonium, ex eoque certior factus se primò ad eam accessisse. Quo amore mutuo, quòd strictissimum vinculo vniuntur coniuges, vt maiori amore erga sobolem afficiantur, maiorique cura, illius educationi intendant. Ergo & si sponte sua virgo eius claustrum iacturam faciat, erit specialis circumstantia iniustitiæ, ob prolis iniuriam, cuius bona educatio impeditur. Huius sententiæ videtur expresse. D. Thom. 2. 2. q. 154. artic. 7. in fine corporis, vbi ait stuprum sine raptu inueniri, quando quis absque violentia virginem deflorat, & 4. d. 41. q. vnic. artic. 4. quæstionculi. 2. corpore, vbi ait stuprum esse violationem virginis, & addere specificam deformitatem supra luxuriæ genus: & manifestè agit etiam quando virgo consentit, quia distinguit hanc speciem contra raptum, in quo violentia inuenitur. Idem spectat sententiam alij, qui explicantes luxuriæ speciem quæ stuprum est, & distincta contra raptum, qui violentiam importat, dicunt indistinctè stuprum esse virginis illicitam deflorationem. Hi sunt Magister. 4. d. 41. c. vltim. Et ibi. D. Bona. in expositione litteræ, nu. 6. Vincentius speculo doctrinali, tomo. 2. lib. 10. c. 46. Gerson. 2. par. in regulis moralibus. c. de luxuria, alphabeto. 2. littera. Y. Rosell. verb. luxuria, initio Bernar-

Diaz practica, in noua editione. c. 83. initio. Guillel. Borri long. 4. d. 35. q. vnic. artic. 1. vers. quarta species. Cantera. q. criminalibus. q. tangentibus punitionem delicti. c. 4. nu. 10. Nider summa, præcepto. 6. c. 2. paulò post principium versic. secunda species. Alexander in suo Enchiridion. 2. p. præcepto. 6. in 2. specie luxuriæ. Emman. Sa summa verb. luxuria nu. 3. Vela tractatu de peccatis delictorum. cap. 35. statim in principio. Idem expressius sentiunt alij, dicentes indistinctè fornicationem cum virgine mutare speciem, & esse eam circumstantiam necessariò fatendam. Ita Caiet. summa verb. stuprum. Victoria summa Sacramen. vbi de confessione nu. 176. Metin. c. de penitentia quaest. de circumstantijs mutantibus speciem, paulò post principium. Nauarr. summa latina, & hispica cap. 16. numer. 3. & latina cap. 6. numer. 8. & hispica cap. 28. additione priori ad num. 7. cap. 6. Gutierrez quaest. canon lib. 1. cap. 31. numer. 29. Angles floribus. 1. par. quaest. 3. de confessione, ar. 4. difficultate. 7. Enriquez lib. 5. de penitentia cap. 6. numer. 3. littera. T. & cap. 8. num. 2. Ledesma. 2. par. 4. quaest. 8. artic. 4. dubio. 3. sine Valentia. 2. 2. disp. 9. q. 3. puncto. 3. §. stuprum accipiendo. Toledo lib. 3. summa. cap. 18. nu. 2. Grassis. 1. par. de confessionum, lib. 1. c. 20. n. 32. Philarcus de officio sacerdotis, tom. 1. par. 2. lib. 4. c. 16. paulò post principium. Vivald. c. de labro Sacram. 1. p. de confessione. n. 36. Carbon de restitutione. q. 26. ad fin. Ludouic. Lopez 1. p. instrum. c. 29. §. ad hæc circa circumstantiam. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 208. concl. 1. num. 1. Hieronym. Llamas in methodo curationis. 3. p. c. 8. §. 17. statim in principio. Cañedo summa Sacram. de penit. c. 5. n. 40. & ferè expresse Margarita confessorum. q. moralibus. fol. 178. pag. 2. §. vtrum vir. Atque in proprijs terminis, esse peculiarem stupri speciem, quantum virgo consentiat, docent Gratianus. c. lex illa. §. cum ergo vers. stuprum. 36. q. 1. Alesius. 2. p. q. 167. membro. 1. & 3. Abulenis cap. 5. Matthæi quaest. 201. corpore. Caiet. 2. 2. q. 154. artic. 6. in solutione ad. 1. dubium. Viguerius lib. institutionum. c. 7. §. 4. vers. 4. Bermondus Chouer de publicis concubinarijs, vbi de stupro. n. 2. (habetur tom. 11. tractatus p. 1.) Corduba in suo questionario, lib. 1. q. 13. column. 5. respondeo negando antecessens, & sequenti. Bartholom. à Ledesma de penitentia, dubio. 10. ad fin. in. 1. & 3. conclusionem Peguera de conf. criminali. c. 42.

nu. 6. Ioannes Hefels in expositione deca logi, circa 6. præceptum. c. 8. Vega. 1. tom. summæ. c. 55. casu. 25. & ferè expressè id dicunt Alcozer summa. c. 20. §. la circumstantia, fol. 73. Metina lib. 1. summa. c. 9. fol. 22. Petrus de Ledesma in summa Sacramentorù, ubi de penitentia. c. 19. dubio. 5. quauis enim non explicent, si virgo consentiat, at impugnant contrariam Soti sententiam, qui in virgine consentiente dicit non esse circumstantiam (vt num. 5. referemus.) Immo clarè Metina sentit etiam virgine consentiente, nam eodem lib. 1. c. 14. §. 18. in fine, obligat ad restitutionem defloratorem virginis consentientis: eò quòd ipsa minimè dominium sui corporis habeat. Et explicat Caiet. hoc posteriori loco, Abulensis in solutione ad. 1. Valentia nuper citati, quauis sub nullius potestate virgo sit constituta. Et Caiet. addit, licet parentes, & virgo illis subdita consensum præbent. Et hæc sententia est communis, & valde probabilis.

4. Secunda sententia nõ ita generaliter loquitur, sed dicit stuprum quod est species distincta luxurie, tunc esse, quando virgo sub parentum potestate cõstituta defloratur. Ducitur, quòd tunc ultra incontinentiam castitati oppositam, reperitur species iniustitiæ contra patrem. Quod inde ostenditur, quia hono, ac facultates parentum læduntur: ips enim in ignominiam cedit, cogenturque vel dotè augere, si eam in matrimonium collocent, vel eam inuuptant alere. Nec potest cedere suo iure virgo, dũ parentum potestati subest. Cum sui iuris minimè sit: prout cõtingit in pupillo. Atque ita non satis erit eius consensus. Secundo quia cum naturali ordine prius sit filiam alere, & custodire illam vsque ad nuptias, quam viro tradere, eiusdè patris, cuius est filiam alere, & marito tradere, erit quoque custodire illam vsque ad nuptias habilem matrimonio, atque ita claustrum virgineum habitans ad illas custodire. Stuprator ergo qui hoc aufert, est iniurius patri. Tertio quòd minor iniuria parentibus irrogetur, si filia illis inconsultis nubat: quòd si corpus deflorandum tradat. At in priori casu, est culpa lethalis contra pietatem parentibus debitam (vt lib. 4. tota disput. 23. ostendimus.) Ergo erit noua culpa mortalis in posteriori casu, vltra fornicationis speciem. Tandem, quia ob id parentibus restituendum esse, quauis virgo consentiat, non penitendi Doctores tradunt, quos num.

11. referam, quòd in eo euentu iniustitia aduersus illius parentes admissa sit. Ideò hæc sententiam tenent D. Thom. 2. 2. quæst. 154. art. 6. in principio, & in fine corporis: & ar. 1. corpore. D. Anton. 2. part. tit. 5. c. 2. in principio, & c. 6. in principio. Angelus verb. stuprum, in principio. Sylu. verb. luxuria. q. 1. verb. stuprum, Tabiena verb. stuprum, nu. vnico, in principio, & in fine, & verb. luxuriosus. q. 5. num. 6. Armilla verb. luxuria nu. 4. & verb. stuprum num. vnico Grassi. 1. p. decisionum, lib. 2. c. 79. num. 1. Et videtur expressè tenere Pedraza summa, in 6. præcepto. §. 2. & hæc quoque sententia est valde probabilis.

5. Tertia sententia (cui tanquã probabiliori adhareo,) ait nõ dari speciem stupri sine raptu, atque ita violationem virginis sponte consentientis, quauis sit sub cura paterna, nõ differre à simplici fornicatione: tuncque solũ adesse speciem stupri, quando adest iniustitia, eò quòd virgo inuita violatur, siue sit sub cura parentũ, siue non. Fundamentum huius sententiæ est, quòd in violatione virginis consentientis non possit constitui noua luxurie species, eò quòd is cõcubitus priuatur conditionibus natura vniuersali in concubitu petitis: iuxta id quòd n. 2. diximus: sed solũ, quòd in eo reperitur aliqua species iniustitiæ (quod enim intendit. 2. argumentũ nu. 3. propositũ, nimirũ opponi specialia virtutis virginittatis, ostendemus nõ esse verũ. n. 16. in eius solutione.) Hæc autè iniustitia nõ reperiri, ex parte feminae, nec naturæ nec dñi prolis, nec parentũ, respectu quorum cõtrariæ sententiæ intendũt inueniri, probat hæc sententiæ ex sequẽtib. Primò ex parte feminae, & naturæ ordinantis claustrũ, vt aprior fiat matrimonio, & caueat venerea, probatur non adesse iniustitiã. Quia femina est domina illius vñs mēbrũ, sicut dominũ vnus nõ est sine corruptione, nõ delinquit cõtra iustitiam, si amittat virginittatem extra matrimonium. Nec natura ipsa prout est communis omnibus animalibus inde offenditur, ordinauit enim membrũ feminae ad illum vñm: ac proinde si adire voluntas personæ, nullum est inuoluntarium inappetitione illius membri. Secus autem est in abscissione manus facta volente personã, dissentit enim voluntas ipsius naturæ, quæ nullo modo manũ ad eum vñm concessit. Dices concessisse naturam membrũ femineum ad eum vñm in legiti-

mo matrimonio. Fateor id, vtritè, & rectè sit vñs illius membri, & ita est peccatum in temperantia, propter indebitum vñm: at hoc nõ arguit inueniri aliam nouam speciem, prout simplicem fornicationem, in qua eadem debiti ordinis peruersio reperitur. Et confirmatur, quia abscissio membri fit contra iustitiam, eò quòd puella non est domina suorum membrorum, & ita consensus illius vt abscondatur, non aufert rationem iniustitiæ. At est domina vñs sui corporis, & integritatis, nec tenetur illam vsquæ ad matrimonium seruare. Quòd ipsa possit inuupta perpetuò manere. Quæ enim ratione asseri potest corruptam esse iam dominam sui corporis, vt sine iniustitia illo abutatur extra matrimonium, solũ peccando contra castitatem: at virginem non esse similiter dominam prædicti vñs, vt libèrè consentiat absolute iniustitia in sui deflorationem. An quia virginis sigilli ruptio est ordinata vt debite fiat in matrimonio. Hoc non probatur aliam malitiam, quàm in simplici fornicatione: vt nuper ostendi. Secundo, quia vel consideratur claustrum, secundam suam entitatem, & vt pertinet ad substantialem corporis mulieris integritatem, & sic est parue entitatis, in qua ratione paruitatis materia non potest dari culpa mortalis, permittendo raptionem: vt si femina permittat tantillum carnis exqualibet alia corporis parte sibi abscondi: eò vel maxime quòd (vt numer. 1. dixi) integritas illa non est pars aliqua corporis, quæ abscondi debeat. Vel vt est dos quædam naturalis ad matrimonium: & tunc ipsa est sui iuris quoad hoc, & sicut potest non nubere, ita potest cedere eò iure quod habet ad illam dotem quasi naturalem. Tertia, quia concubitus cum virgine extra matrimonium, quando illa consentit, nullam aliam repugnantiam videtur habere cum reuerentia, præter eam quam habet idem concubitus cum soluta. Concubitus enim cum coniuge, eiusdem rationis est, siue illa sit virgo, siue soluta. Quare sola videatur ea inordinatio adesse, quæ est in simplici fornicatione. Quarta probatur non adesse iniustitiam ex parte damni prolis. Nam simplicem fornicationem bonæ prolis educationi aduersari, facit illam esse iniquam, & iuri naturæ repugnantem aduersus castitatem: non autem facit eum esse contra iustitiam. Proles enim nondum existens, ius aliquod minimè habere po-

test, quod violetur, vnde iniustitia confurgat: præsertim quia illi melius est sic esse, quàm non quam esse. Quòd eo concubitu non habito accideret. Ergo id damni prolis bonè educendæ, ortum ex amissione claustrũ virginis, non efficit concubitus cum virgine esse contra iustitiam. Quinta, quia non est de ordinato accessu per matrimonium, accessus feminae prius defloratae. Alias nõ liceret illi, nec viduis nubere. Ergo non tenetur seruare claustrum ratione prolis concipiendæ ex matrimonio. Atque ita permittere violationem non erit iniustitiam ratione damni prolis. Et confirmatur, quia si id damnum prolis spectaretur, non liceret virginis defloratae matrimonium: Nil enim in damnum prolis futuræ vergens permittitur: ob idque simplex fornicatio in nullo euentu est licita, quòd in damnum prolis sit. Sexta, virgo ratio ne prolis habendæ non tenetur nubere. Ergo nec seruare claustrum, vt illam ex matrimonio habeat: Sed dices, non teneri virginem nubere, at teneri non se dedere inhabilem matrimonio. Contra reddere se inhabilem non constituit iniustitiam: solus non liceret vorum solenne. Septima, quia nullus diceret abscondentem sibi virgine, peccare specialia malitia propter inhabilitatem ad matrimonium, & damnum prolis: cum tamen natura concesserit illa ad generationem. Nec si virgo absque aliqua libertate, ex negligentia etiam crassa, propter aliquem motum magno impetu factũ, pateret claustrũ rptionem, aut ex leui necessitate, gratia salutis euadere, esset culpa mortali obnoxia. Cum tamen inde confurgat idem damnum in ordine ad se, & ad prolem, ac si ex viri congressu. Quòd per se loquendo non magis consistere possit viro futuro, an amiserit ex viri congressu, an ex accidente. Non ergo ratione huius damni concedenda est iniustitia in virginis consentientis defloratione. Octaua probatur nullam esse iniustitiam in ordine ad parentes. Quòd puella sit domina vñs sui corporis ad illum actum, si non vt licitè fiat extra matrimonium, quia est contra temperantiam: at non erit contra ius alicuius: nec manere minus aptam matrimonio consentientem ipsa lædit ius alicuius. Cum possit sua sponte inuupta perpetuò manere, & ad hoc ius habet, parentibus inuitis. Et confirmatur, quia si femina absque viri congressu, patitur claustrũ rptionem modis nuper in septi-

ma ratione explicitis, nullus assereret eam specialis iniustitia reā aduersus ius paternum: ob eam rationem, quod minus apta reddatur matrimonio. Nonum, quia nulla ratione videtur probari patrem habere maius dominium filia virginis, quam soluta. Cum ergo non sit speciale peccatum, cognoscere solutam sub patria potestate existentem, ac consentientem, id asserendum non est esse, cognoscere virginem eadem potestati subditam volentem stuprari. Tandem, quia verior sententia habet violatorem virginis consentientis, nil teneri restituere parentibus, quibus virgo subest (vt numer. 11. dicemus.) Nulla ergo iniustitia inde confugit contra ius paternum. Et ideo hanc sententiam tenet Sotus. 4. dist. 18. quest. 2. art. 4. column. 13. versic. de simplici verò stupro: & quanuis non profusus assermet, sed dicat se non clarè videre nouam fornicationis speciem, & fortè id esse verum, licèt sit sub cura parentum: at tandem concludit esse hoc probabile: & dicit non esse rogandam circumstantiam virginittatis, quando puella fateatur carnis desiderium: & quando fateretur copulam, ait esse bonum, & consilium. Quæ stare non possunt, nisi sentiendi non mutare speciem, eam circumstantiam. Eadem tenent Nauarra lib. 2. de restitutione cap. 3. par. 4. de lædente in cæteris corporis bonis, dubio. 1. in noua editione numer. 419. Vazquez. 1. 1. quest. 74. art. 8. disput. 112. numer. 1. & 3. & quanuis Nauarra, & Vazquez non explicant, si virgo sit sub cura parentum. At manifestè in eo casu loquuntur, approbant enim sententiam Soti, qui in eo casu loquitur. Et idem Nauarra, ibi numer. 417. explicat esse sententiam Soti, quanuis virgo sit sub patris potestate: & eam statim approbat, numer. 419. Eiusdem sententiæ videtur aperitè Bañez. 2. 2. quest. 62. artic. 2. dubio. 7. in primæ conclusionis confirmatione, vbi dicit virginem esse dominam vsus illius claustrii, ac proinde non esse contra iustitiam, si deflorationi suæ consentiat. Et huius sententiæ sunt alij doctissimi Neotherici. Et loquens quando etiam est sub parentum cura, dicit esse probabilem Suarez de confessione, disput. 22. sectione. 4. in 2. circumstantia, quid numer. 6.

6 Hinc primò infertur, vbi nulla vis infertur virgini, non esse necessariò exprimentam in confessione circumstantiam virginittatis, si quis solo actu desiderij deliquit,

sive etiam copulam habuerit. Quia tunc ea non mutat speciem à simplici fornicatione diuersam: nec notabiliter aggrauat. Et quanuis expressè Doctores allegati numer. præcedenti non asserant minimè esse notabiliter aggrauantem: at ex dictis eorum facile colligitur. Nam Sotus dicit in actu externo esse consilium eam explicare: & in interno non esse premendam fecminam, vt explicet. Et Nauarra eo. numer. 419. dicit expressè non esse circumstantiam necessariò fatendam. Quod minimè assererent, si esset notabiliter aggrauans. Cum Sotus eius sit sententiæ, vt circumstantia notabiliter aggrauans sint necessariò in confessione aperienda. Et Vazquez dixit eam copulam cū virgine consentienti non differre à simplici fornicatione. Et Suarez num. præcedenti relatus dicit esse probabile, non esse eam circumstantiam necessariò fatendam.

7 Secundo infertur, in quo consistat ratio stupri, & à raptu distet. Consistit quippe in iniustitia admittenda uolenter à virgine claustrum virginum. Differtq; à raptu, quòd raptus solam uolentiā importet, non habitacione status fecminæ, si enim nil confert ad rationem raptus, quippe quæ æquè inuenitur, siue fecmina sit virgo, siue soluta, siue coniugata: at stuprum sit, solùm quando fecmina est virgo. Vnde qui vi cognoscit virginem, duplicem luxuriæ malitiæ specie diuersam committit, alterâ stupri, alterâ raptus: & utraq; est necessariò confitenda. Quamobrem habent se raptus, & stuprum, tanquam superius, & inferius, semper enim in stupro inuenitur raptus, nec potest ratio stupri consistere absq; raptu: at non in omni raptu inuenitur stuprum, sed in solo virginis.

8 Tertiò infertur, corruptione virginis precibus importunis ductæ tunc esse stuprum, quado preces illæ uolentiæ æquialent. Tunc enim solû est raptus, vt dixi disp. 12. n. 32.

9 Quartò deducitur, esse stuprum necessariò fatendû, si virgo dolis circumueta, aut igno-rans cognoscatur. Quia licèt nō sit propriè raptus, reducitur tamen ad illum, & est iniustitia, vt dixi disput. 12. nu. 33.

10 Quintò deducitur, non esse stuprum, sed simplicem fornicationem, vbi nulla vis infertur fecminæ virgini, sed solis parentibus, aut tutoribus, è quorum renitentium domo virgo uolens abducitur. Quia quanuis ibi sit raptus respectu parentum, & necessariò explicandus in confessione (vt pro-

bau-

bauimus disp. 12. n. 33.) at virginittati nulla infertur iniuria, cum ipsa virgo in eius violationem consentiat: ac proinde stuprum minimè est: quod uolentem virginittatis ablationem petit. Quare tenebitur raptor fateri vim illatam parentibus, aut tutoribus, rapiendo puellam sub eorū potestate constitutam: & copulam, at circumstantiam virginittatis nō tenebitur explicare. Præterea, quia non maior cura incumbit parentibus filia virginis, quam soluta, (vt dicebamus n. 5.) vt ex hoc capite augeatur iniuria uolentiæ paternæ, atque addatur noua species stupri.

11 Sextò deducitur, quid dicendum sit in ea questione, an deflorans virginem uolentem, esto excusetur à restitutione faciendâ ipsi virgini, prout uerè excusetur, teneatur parentibus aliquid restituere? Id enim multum fatetur. Cum enim parentes damnum in bonis fortunæ patiantur, indigent enim maior dote, vt eam in matrimonium collocent, id refarciendum est damnum, supplendo in augmentum dotis necessarium ratione deflorationis. Potest insuper probari argumento secundo, quod. n. 4. retulit ad probandam secundam sententiā. Et ita huius sententiæ uidentur D. Thom. 2. 2. q. 154. ar. 6. corpore, & ibi Caiet. immediate ante solutionem ad primū dubium: & Abulenſis. c. 5. Matth. q. 201. corpore, vbi dicit, stupratorem virginis inferre iniuriam patri, & puellæ. Videtur etiam Sylua nuptialis lib. 3. n. 24. vbi ait, eum condemnandum esse vt restituat patri, cui onus dotandi incumbit. Et tenent expressè Guilielmus, quæ refert, & sequitur D. Anton. 2. p. tit. 5. c. 6. §. 1. Bernardus Diaz sua practica canonica, in noua editione. c. 83. nu. 6. & ibi Salzedo in additionibus, uerb. non debeat addens, Licèt sit sub curatorū potestate, teneri curatoribus. Cordub. lib. 1. questionarij. q. 13. column. 4. §. vbi & isti, & sequenti additque idem de curatoribus. Et idem addens Gutierrez lib. 1. q. canon. c. 17. n. 24. Valentia. 2. 2. disput. 9. q. 3. pñ. c. 3. §. an autem & quando. Ludouicus Lopez. 2. p. instruct. c. 77. §. sed hæc questio: & c. 76. §. sed miror: & cap. 107. §. an uerò uice uerâ. Manuel. 1. tomo Summæ 2. editione. c. 208. concl. 3. n. 3. Citatur etiam pro hac sententiâ Nauarra. summa. c. 16. Latinè. n. 18. Hispanè. nu. 19. At expressè loquitur, quando deflorauit quispiam fraudibus, aut precibus importunis, quæ uolentiæ æquiparantur. Et num. 16. absolute

dixerat, defloratorem virginis sponte uolentis ad nil teneri: & ita potius fauet contrariæ sententiæ. Solet etiam citari Angles floribus. 2. p. q. de restitutione honoris, & bonorum temporalium, ar. vnico, dubio. 7. difficultate. 2. conclus. 4. At manifestè loquitur de corruptente importunis precibus, quas uolentiæ æquiparat: de quibus in tota difficultate sermone facit. Et hæc sententia est probabilis. At probabilis est nil teneri parentibus, aut tutoribus restituere. Quod ijs non irrogetur iniuria, cum ipsa sit suæ virginittatis domina, & nuptiarum iacturam pati uolens possit, renitente patre. Item, quia si ipsa consentiens deflorationem haberet pecunias proprias, quibus patri satisfacere posset, non teneretur utique: cum tamen sit causa principalis, & efficitur iniuriæ, & dānorum. Minus igitur tenebitur deflorator, qui est causa minus principalis. Tādē, quia ipsa virgo potest inuito patre nubere cui uoluerit, ita ut nec ipsa, nec uir, teneantur aliquid parentibus ratione iniuriæ restituere. Et ideo hanc partem tuerentur, Sotus lib. 4. de iust. q. 7. ar. 11. in solutione ad. 2. uerſan uerò uice uerâ. Veracruz. 3. p. Speculi, art. 19. sine. Nauarra lib. 2. de restit. c. 3. p. 4. de lædente in cæteris corporis bonis, in noua editione, dubio. 2. nu. 423. uerſ. mihi aliter uidetur. Bañez. 2. 2. q. 62. ar. 2. dubio. 7. conclusionē. 1. Salon eodem art. 2. controuersia. 5. conclus. 1. Grasis. 1. par. decisionum, lib. 2. c. 79. n. 13. uerſ. sed dubium est. Suarez. n. 5. relatus. Hieronymus Llamas. 3. p. methodi curationis. c. 8. §. 18. in fine. Addunt Bañez, & Salon teneri restituere patri honorem ablatum. Quibus minimè credo. Quòd nec id vsus habeat. Et quia fecmina uolens potuit id damnum pati, non obstat teignominia inde parentibus, & consanguineis subsecuta. Sicut potest quilibet absque iniustitia, aliud scelus admittere, quanuis inde toti cognationi dedecus sequatur. Non enim tenetur lege iniustitiæ se ab eo crimine abstinere, quòd honori consanguineorum consulat.

12 Aliqui tamen ex Doctōribus posterioris sententiæ nu. præcedenti relatis, quanuis fateantur defloratorem virginis consentientis nil teneri patri restituere: at vbi uolenter deflorauit, non solum virgini, sed etiā patri restituendum esse docent. Quòd uerique iniuria irrogata sit. Sic Nauarrus, Angles, Bañez, conclus. 2. Salon cōclus. 2. Hieronymus Llamas numero præcedenti

alle-

allegati. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 45. artic. 4. dubio. 1. in solutione ad confirmationem tertij. Philarcus de officio sacerdotis, tom. 1. par. 2. lib. 4. cap. 17. ad finem. Carbon de restitutione. quæst. 26. concl. 9. At existimo nil aliud esse restituedum, quam supplementum dotis necessarium virginis nubendum, eo quod desolata sit: quo non indigeret, si virgo esset: quod etiam restituendum erat, quando virgo esset sui iuris. Quia eo supplemento dotis satisfactum patri. Quippe eo restituito recuperat damnum maioris dotis danda filij desolatæ. Quod si ex iniusta domus invasione per raptorem facta, aliud damnum in bonis fortunæ sensisset pater, nullus dubitat illud quoque restituedum esse.

Septimo deducitur, quid dicendum sit in hoc, an sit circumstantia virginittatis necessaria fatenda in ipsa virgine quæ rapta est, & præ timore consentit suæ deflorationi? Et eam fatendam esse suadet, quod si esset coniugata, vel peccaret cum coniugato, timore eodem compulsa, teneretur fateri circumstantiam illam status. Quippe est verum adulterium: ita lib. 1. de disput. 5. num. 16. dicemus esse sufficientem diuortij causam: quod habere minime posset, si adulterium non esset. Ergo similiter virgo timore consentiens, teneretur circumstantiam virginittatis fateri. Sicut enim illud est adulterium, ita hoc est stuprum, diuersa luxuriæ species (vt diximus num. 5. & 7.) Deinde, quod cooperetur stupro, vel raptui alterius. Verum dicendum est, foemina timore illo consentientem deflorationi, minime teneri circumstantiam virginittatis fateri, vel raptus. Quod solius simplicis fornicationis rea sit. Nam stupri ratio consistit in violata ablatione virginittatis (vt nu. 7. probauimus, iuncto. n. 5.) At virgo nullam virginittatem violenter aufert: sed patitur violenter sibi auferri. Nec ratione concursus, seu cooperationis potest ea foemina peccare stupri peccato. Quia vbi timor cogit, non tribuitur culpa concursus, nec censetur cooperatio, nisi vbi res est intrinsecè mala, nec potest à voluntate cõcurrentis, rectè fieri, vel saltem absque circumstantia illa superaddita. Et idem foemina illa virgo timore compulsa, est rea fornicationis, & si esset coniugata, vel com coniugato, adulterij. Quia nec malitia fornicationis, nec circumstantia adulterij pendet ex foemina voluntate, ita vt illa concurrente tollatur: at eum mali-

ta circumstantia raptus; & stupri pendat ex foemina voluntate, si enim ipsa consentiret, non esset raptus, nec stuprum: inde est, vt in ipsa non inuenitur malitia huius circumstantia, sed solius fornicationis: at in stuprate vtraque inuenitur: quod non habet voluntate spontaneam virginis, sed metu extortam. Sicut cogens me mortis metu in casso, vt manum sibi abscondendam tradam, peccat abscondens: at ego offorens minime delinquo. Quia non spontaneè concuro ad alterius peccatum, ac possum liberè manus abscessionem vellere, & intendere, ad vitam tuendam. Et tandem id manifestè probatur. Quia non magis peccat, sed multo minus, coacta metu consentiens deflorationi, quam spontè suam: metus enim licet non semper rationem culpæ auferat, at semper extenuat: quod minus voluntaria sit: at hæc non esset rea stupri, sed solius simplicis fornicationis. Ergo nec illa.

Octauo deducitur, iniuste imponi Soto 4. d. 18. q. 2. art. 4. col. 13. ver. de simpliciterò stupro, vt sentiat circumstantiam virginittatis fatendam necessariam esse in actu exteriori copulæ, non verò in interno desiderio. Ita illi imponunt Nauar. summa latina. c. 6. numer. 8. Gutierrez quæstion. canon. lib. 1. capit. 31. numer. 48. Medina lib. 1. summa. capit. 9. fol. 22. Petrus de Ledesma summa Sacrament. vbi de penitentia capit. 19. §. la vltima duda; fol. 624. Ludouicus Lopez. 1. part. instructor. capit. 29. §. ad hæc circumstantiam: Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 208. concl. 1. num. 1. ipsumque reprobât. Quod actus interior, & exterior ad eandem bonitatis, vel malitiæ speciem pertineat, vt bene docet. D. Tho. 1. 2. q. 72. art. 7. At falso sibi imponi, optimè aduertit Vazquez. 1. 2. quæst. 74. artic. 8. disput. 112. num. 1. Nam Sotus ibi tam in actu interiori, quam in exteriori fatenti nõ esse circumstantiam necessariam: at eam differentiam optimè constituit inter vtrumque actum: vt dum foemina solum desiderium copulæ fatetur, non fit consilium interrogare eam, an sit virgo. Cum enim circumstantia virginittatis in foemina fatente, nunquam sit necessario fatenda, iuxta opinionem quam ibi nobiscum sequitur, vel saltem id sit probabile, non est interroganda foemina de virginittate. Si enim virgo minime sit, maximo pudore suffundetur id explicando: ingentique periculo exponetur mentiendi, dicendo se esse

virginem. At cum fatetur copulam externam, licet non sit necessarium eam virginittatis circumstantiam interrogare: sanum tamen consilium erit id esse, tanquam tutius, Job opinio num. diuersitate. Quod essent prædicta pericula, foemina enim fatentem copulam, minime pudebit se non esse virginem patefacere.

15 Vltimo de dicitur, minus consequenter ad suam sententiam loqui quosdam Doctores, sentiant enim circumstantiam virginittatis tanquam mutabilem speciem, esse necessario fatendam; & simul dicunt non teneri confessarium, foeminam quam ex habitu virginem esse præsumit, interrogare num virgo sit, quando solum actum desiderij internum fatetur. Dicitur, quod huiusmodi foeminae sint communiter virginis, & si confitent talis minime sit, parum referat. Quoniam confessarius intelligit grauius esse peccatum, nempe, stupri, quam re vera erat. Nec penitens tenetur culpam suam extenuare, circumstantiasque minuens fateri. Sic Enriquez lib. 5. de penitentia. c. 4. nu. 2. finem, & c. 8. nu. 2. Aleozer summa c. 20. §. la circumstantia, fol. 73. Angles floribus. 1. p. q. 3. de confessione, art. 4. diff. 7. Et dicunt id esse probabile, quantum oppositum sit certius, & tutius, Medina, Ludouicus Lopez, Manuel num. præcedenti allegati. Idemque ait esse probabile Petrus de Ledesma summa Sacram. vbi de penitentia. c. 19. §. a esta duda, fol. 625. vnde dicit, si foemina sit virgo, teneri eam id explicare. Quod sit circumstantia speciem mutans aggravando: si verò virgo nõ sit, non teneri declarare se non esse virginem, nec confessarium id interrogare. Quod sit circumstantia diminuens. Caterum hoc non consonat eorum sententiæ: nam tenendo circumstantiam virginittatis mutare speciem, est necessario dicendum teneri foeminam, actum internum, vel externum fatentem, explicare se non esse virginem, si non sit, sicut esse virginem, si talis sit: & confessarium id interrogare. Quia licet verum sit non teneri penitentem communiter se excusare, circumstantiasque minuens exprimere: at tenetur id efficere iuxta omnium sententiam, quando talis circumstantia tollit rationem peccati mortalis, aut nonæ speciei peccati mortalis. Quis enim diceret legitime fateri eum, qui se confessarium existimare illum esse coniugatum, cum iam sit viduus, vel tempore quo erat solutus admisit, fornicationem: atque ita decipi-

16 tur confessarius. existimans ita grauius esse peccatum, vt speciem mutet. Aliis profecto dicendum esset, valdam esse confessionem, si mentiretur foemina aliter se virginem, aut coniugatam esse, fatens desiderij luxuriam. Quia mendacium circa ea quæ non sunt de confessionis subtilitatis, eam non irritat. Cum igitur illa circumstantia, nimirum, foeminam consistente actum carnis non esse virginem, & similiter si solum desiderium fatetur, ita peccatum diminuat, vt tollat nouam speciem peccati noui mortalis, nimirum, stupri, tenebitur penitens eam declarare, & confessarius de illa extorri fieri. Nec obstat confessarium posse probabiliter ex habitu eam esse virginem præsumere. Quod teneatur confessarius certè nosse peccata penitentis, & ipse penitens certè declarare, prout bono modo potest, vt si penitens certus sit se septies peccasse, nõ satisfaciet dicens, pauidè plus, vel minus: sed tenetur illam certitudinem metaphysicam quam habet, explere. At in hoc euenit re vera confessarius manet dubius, & præsumit nouam peccati speciem, potestque de ea certus fieri: nec penitentis verècundiam excusât ad circumstantias necessario fatendas. Atque ita meritò Bartholomæus à Ledesma de penitentia, dubio. 10. ad finem; in 3. conclusione: & Vega. tom. summa. c. 55. casu. 25. recedit ab ea doctrina, dicensque sustinendo eam sententiam, vt circumstantia virginittatis minuet semper speciem, esse necessario rogamum, quantum mortalis solum actus internum fatetur, an sit virgo. Id tamen concedere, si foemina sit in bona fide constituta, maximumque periculum metiendi videtur non confessarius imminere, si de statu interrogaret, posset utique non interrogare, vt bene dixit Manuel proximè citatus: non ob rationem quam ipse affert, nimirum, sequens opinionem prædictam, quam ipse probabiliter existimat: sed in quacumque opinione id est verum. Nam quando penitens est in bona fide, & ex manifestatione veritatis, subest periculum, vt in peccato maneat, nec respicitur, debet confessarius prudenter accere (vt probauimus lib. 2. cora. disp. 3. 8.) Ab his tamè omnibus angustijs liberamur, amplectendo nostram opinionem, cum enim in foemina, siue consentiens, siue renitens sit, non sit circumstantia stupri necessario fatenda (vt diximus nu. 6. & 13.) nunquã tenebitur confessarius eam siue actum internum, siue externum fatentem, de hac cir-



cunctantia interrogare: nec ipsa interrogata tenebitur respondere.

16 Ad argumenta primæ sententiæ num. 3. proposita respondetur. Ad primum dic, naturam concessisse claustrum ad eos dyos fines, ita tamen ut esset sub dominio, & potestate foeminae, aliter eo vti, non quidem licitè, sed absque iniustitia: ut concessit oculos ad videndum, & cæteras corporis partes ad destinatos vsus, ita ut homo maneret dominus talis vsus, quantumvis peccet, si ijs abutatur. Nec est simile de abscisione manus: ea enim est contra vsum, eius naturæ concessit dominium: ut explicui nu. 7. Ad priorem confirmationem, negandum est, foeminam non esse dominam claustrum virginum, ita ut possit ad libitum vti absque iniustitia. Ad posteriorem, dispar longè est ratio, quod in matrimonio is contractus inatur ex ipsiusmet matrimonij natura, ut uterque coniux sit dominus corporis alterius ad solum proprium vsum, & non amplius. Vnde etiam si coniux velit alteri corpus suum præbere, eius dominio caret, & delinquit contra iustitiam, abutens re aliena: nec alter coniux potest absque iniustitia adulterij, consensum illi abusu præstare, quod ad solum actum matrimonij, eius corporis dominium habeat. Nec confert etiam consensus utriusque coniugis, esset quippe contra bonum fidei, & prolis, quæ matrimonio suapte natura in sunt, atque illis coniuges renuntiare nequeunt. Contra bonum fidei, quia violatur fides sibi iniunctæ præstita in matrimonij contractu. Contra bonum prolis, quia si est foemina quæ est adulterij rea, erit proles incerti patris. Vnde semper est specialis deformitas contra matrimonij finem. Ad secundum dic, nil probare contra nostram sententiam, in fauorem illius sententiæ. Nam ferè vniuersi Doctores fatentur primum concubitum viri, primamve eius pollutionem, carere circumstantia necessario fatenda: cum tamen opponatur similiter virtuti virginittatis, quæ tunc amittitur. Quamobrem ut respondemus, præmitrendum est cum D. Tho. 2. 2. q. 152. ar. 3. castitatem, & virginittatem se habere inter se, instar magnificentiæ, ac liberalitatis. Quare sicut liberalitas, & magnificentia, sunt speciales virtutes, inter se distinctæ: quod illa circa moderatos sumptus, hæc autem circa magnos versetur. Ita castitas, quæ assimilatur liberalitati, & virginittas assimilata magnificentiæ, sunt diuersæ virtutes: differuntque, quod casti-

tas sit voluntas abstinendi se ab omni actu illicito: venero: virginittas autem ab illicito, & licito, qualis est coniugalis. Hoc præmissis, dic materiale virtutis virginittatis esse integritatem carnis, & per accidens esse habere ad virtutem virginittatis. Nam non definit foemina esse virgo, si casu, aut causa medendi morbo, aperiantur claustrum: aliquo instrumento. Formale autem consistit in abstinencia omnis carnalis delectationis, etiam coniugalis. Vnde per quamcunque pollutionem, & concubitum: prima, amittunt vir & foemina virtutem virginittatis, & per primum concubitum perdit foemina integritatem corporis: ad neutra iactura arguitur speciem deformitatem, & speciale vitium. Non prima, quia ea non opponitur specialiter virginittati, ut specialis virtus est, distincta à castitate, sed eodè proflus modo opponitur castitati: vnde non constituit speciale peccatum: speciale enim dicitur, quod specialiter opponitur formalitati alicuius virtutis. Non etiam secunda, quod illa non opponitur formalitati virginittatis, sed materiali, quod in ea reperitur. Quare virginittas ut specialis virtus distincta à castitate est, non habet virtutem oppositam, sicut nec magnificentia, ut distinguatur à liberalitate. Ut ergo breuiter satisfiat argumento, distinguenda est maior, opponitur virginittati, quoad eius formale, & ut distincta virtus est à castitate: negatur: opponitur autem quoad materiale, & ut coincidit cum castitate, conceditur. At hoc non sufficit ad specialem deformitatem: vt explicui. Ad tertium, constat ex dictis nu. 7. vbi discrimen explicui. Ad quartum, constat ex dictis num. 5. & similiter ad confirmationem, vbi probauimus, non teneri virginem ad seruandum claustrum illasum ex lege iustitiæ, ob bonum prolis: atque id non constituit specialem malitiam distinctam à simplici fornicatione. Ad argumenta secundæ sententiæ proposita num. 4. respondetur. Ad primum dic, stupratorem non directè, & verè contra iustitiam lædere honorem, & parentum facultates, sed intercedenti voluntate filie, quæ tanquam sui corporis, & nuptiarum domina, ius habet, ut absque iniustitia id damnum indirectè inferat vtrò iure suo: à quo non tenetur se abstinere ex iustitiæ præcepto, vt id damnum cauet: vt nu. 5. probauimus. Ad secundum dic, id ius competere patri dependenter à voluntate foeminae, quæ tanquam domina potest liberè

absque

absque iniustitia vti suo corpore. Ad tertium dic matrimonium esse statum perpetuum, & magni momenti in eo non errare, & ita maior est impietas aduersus reueren-

tiam patri debitam eo inconsulto eum statum eligere. Ad vltimum constat ex dictis eodem num. 1. vbi oppositam sententiam probaui.

## DISPUTATIO DECIMAQVINTA.

An incestus cum consanguineis, vel affnibus, matrimonio ineundo impedimentum præstet?

## SVMMARIVM.

Incestus cum consanguineis vxoris impedit, sed non dirimit matrimonium. nu. 1.

Quid, si vxor peccet cum consanguineis viri, & an possit per eam debita mitteri. 2.

An ipsi consanguineis coniugis, cum quibus incestus admissus est, interdicitur matrimonium? nu. 3.

Vsq; ad quem gradum extendatur hic incestus cum consanguineis coniugis, impediens matrimonium? nu. 4.

Quid, si sit copula cum consanguineis sponsi, vel sponse de futuro, & vsq; ad quorum gradum? Et enodatur. c. duo pueri, de despons. impub. nu. 5.

Quid, si cum consanguineis sponsa de presenti, non dum matrimonio consummat: & vsq; ad quorum gradum? Et an ea copula impediatur debiti petitionem? nu. 6.

Quid, si cum affine, orta affinitate ex sola fornicatione? nu. 7.

Quid, si cum cognata legali, vel spirituali, numer. 8.

An desideretur scienter incestus admissus esse, & excuset ignorantia culpabilis, iuris, vel facti? nu. 9.

Quid, si foemina renitens, aut timore compulsæ cognoscatur? nu. 10.

Quid, si copula cum affini, non sit consummata? nu. 11.

Quid, si copula cum consanguineis coniugis, sit post eius obitum? & an desideretur ut simul concurrant adulterium, & incestus? nu. 12.

Quid, si incestus sit occultus? nu. 13.

An sit necessaria sententia iudicis ad hoc impedimentum? nu. 14.

An incestus cum consanguineis proprijs impediat matrimonium? Refertur sententia afferens impedire: & nil referre, siue ante, siue post, matrimonium admittatur. nu. 15.

Proponitur contraria Auzhoris sententia, numer. 16.

Soluantur argumenta: & enodantur cap. si quis viduam. 32. quest. 7. & cap. de incestis. 35.

quest. 3. & cap. si duo. 35. quest. 6. & cap. finale. 35. q. 8. nu. 17.

**N** hac disputatione constat inter omnes, incestum admissum à viro cum consanguineis fuy vxoris impedire, non tamen dirimere matrimonium, ut constat ex. c. 1. & c. transmissæ, de eo qui cognouit. cōsang. vbi tali incestuoso interdicitur matrimonium. Cum tamen nil addatur, quod ipsum cōtra prohibitionem initium, irritari denotet, non erit irritum, iuxta regulam traditam hoc lib. 7. disp. 2. nu. 10. Vnde non sunt audiendi quidam, quos tacito nomine refert, nec improbat gloss. c. si quis cum duabus verb. penitentiam. 33. q. 2. afferentes id matrimonium esse irritum. Sed vniuersi Doctores contradicunt, referentes hoc impedimentum inter solum impedientia: quod nullus reperitur textus, qui id esse dirimens decernat. Ratio autem legali impedimenti optime assignatur à Caetan. 2. 2. q. 154. art. 9. col. 2. §. ad secundam obiectionem: quod talis incestus habeat ex propria ratione impedire exactionem debiti à coniuge, eodè quod inde coniuges efficiantur affines: & quia incestuosus non veritus est conjugem sibi facere affinem, ac plenum coniugij vsum impedire, ideo punitur in ipso matrimonio cōtra quod deliquit: & interdicit sibi aliud matrimonium cum quacunque alia persona contrahere. Atque ita D. Thom. 4. d. 34. q. vnic. ar. 5. in solutione ad argumenta, & ibi Ricardus art. 4. q. 2. ad 1. Turrec. c. quædam cum fratre. 32. q. 7. nu. 2. ad. 3. dicunt incestum præstare hoc impedimentum matrimonio ineundo, non tatione culpæ, quam ratione affinitatis cōtra sit.

Quamuis autè apparenter posset aliquis existimare, non idem impedimentum incurri, si è contra vxor incestum committat cum consanguineis viri, quod omnes tex-

tus